



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti**

**Stengel, Carl**

**[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV**

III. Martii. B. Rvpertvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38356**

**R**UPERTVS, venerabilis Tuitiensis Abbas, omnem officij pietatisque rationem adolefcens didicit in cœnobio S. Laurentij, ad muros vrbis Leodicenſis, ſub Berengario Abbate, & præceptore Heribrando, viro fideli & prudenti, qui Berengario in Regimine ſucceſſit. In prædicti Monafterij templo hodieque imago DEIPARÆ viſitur, cultu miraculisq; celebris, quam Rupertus ſumma in veneratione habuit. Nam ſtudio incenſus ſacrarum literarum, anno MCXXI. tardiori ingenio remedium orans, à Virgine Matre impetrat, fuſus in præces in eiufdem Monafterij Eccleſiâ, coram prædicta imagine lapideâ. Poſteâ in Tuitio Abbas ſubſtitit, & inter Doctores Eccleſiæ claruit. Eſt autem Tuitium, ex oppoſito Colonia Agrippinæ trans Rhenum, pagus ac monaſterium illuſtre Benedicthinorum, in quo, vt diximus, Rupertus ſcientiâ diuinitus acceptâ DEIPARÆ beneficio, & libris editis clariffimus, Abbatem egit religioſiſſimum, & anno MCXXXV. vitam ſanctiſſimè finiit V. Nonas Martij.

Opera eius ſapius tribus tomis diſtincta, excuſa ſunt, in quibus tamen, quædam hætenùs deſiderantur. *Ex Molano, Harao, & Myrao.*







S. RVPERTVS ABBAS TVITIENSIS. ORD. S. BENED.  
*Quod RVPERTE tibi natura nouerca negarit.  
 Mater Caelus praestitit ingenuum.*

*forming  
 of the  
 S. Bened  
 III  
 5*

MAR 2

IX. MAR.